AÑO 58 LUNES 1.º DE MAYO DE 1911 NÚM. 5

# BOLETIN OFICIAL
## DEL
## OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes á la Dirección del Boletín Eclesiástico, calle de la Rua, 59.

## S. Cong. S. Officii

### (SECTIO DE INDULGENTIIS)

**De utili temporis spatio ad visitationem ecclesiae vel oratorii instituendam, pro indulgentiis lucrandis**

*Die 26 Ianuarii 1911*

SSmus. Dnus. noster D. Pius divina Providentia Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S O. impertita, ut dubiis, dificultatibus et controversiis occurratur, quae saepe exhorta sunt, ac forsitan et deinceps oriri possent, circa temporis determinationem, quo ecclesiae vel oratorii visitatio institui valet, quum haec requiritur ad Indulgentias lucrandas alicui diei adnexas, benigne concessit, ut utile ad id tempus habeatur et sit, non modo a media ad mediam noctem constituti diei, verum etiam a meridie diei praeceden-

Universidad Pontificia de Salamanca

tis. Hoc autem declaravit fore valiturum, tam pro indulgentiis plenariis quam pro partialibus, semel in die aut toties quoties adquirendis, usque ad hunc diem concessis vel in posterum concedendis, quacumque demum sub loquutione tempus sive dies designetur. Sartis tectis manentibus de cetero clausulis et conditionibus, in singulis quibuslibet concessionibus appositis. Contrariis quibuscumque, etiam specialissima et singulari mentione dignis, non obstantibus.—ALOISIUS GIAMBENE, *Substitutus pro Indulgentiis.*

# S. Cong. de Sacramentis

## I

### Instructio ad ordinarios circa statum liberum ac denunciationem initi matrimonii

Perlatum haud semel est ad hanc S. Congregationem de disciplina Sacramentorum, in quibusdam regionibus parochos matrimoniis adsistere, praesertim advenarum, non comprobato rite ac legitime statu libero contrahentium, eiusque rei causa non defuisse qui alteras nuptias attentare sint ausi.

Haud pauci praeterea Ordinarii conquesti sunt, initorum notitiam connubiorum, quae vi decreti: *Ne temere*, editi a S C. Concilii die 2 mensis Augusti anno MDCCCCVII, transmittenda est ad parochum baptismi coniugum, saepe omni fidei testimonio esse destitutam debitisque indiciis carere.

Universidad Pontificia de Salamanca

Ad haec incommoda removenda Emi Patres huius S. Congregationis in generali conventu habito in aedibus Vaticanis die VII mensis Februarii MDCCCCXI, praescribenda censuerunt ea quae sequuntur:

I. In memoriam redigatur parochorum haud licere ipsis adesse matrimonio, *nisi constito sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis:* (Cfr. Decr. *Ne temere,* n. V, § 2); iidemque praesertim moneantur ne omittant baptismi testimonium a contrahentibus exigere, si hic alia in paroecia fuerit illis collatus.

II. Ut autem quae n. IX, § 2 memorati Decreti praescripta sunt rite serventur, celebrati matrimonii denuntiatio, ad baptismi parochum transmittenda, coniugum eorumque parentum nomina et agnomina descripta secumferat, aetatem contrahentium, locum diemque nuptiarum, testium qui interfuerunt nomina et agnomina, habeatque parochi subscriptum nomen cum adiecto parochiali sigillo. Inscriptio autem accurata indicet paroeciam, dioecesim, oppidum seu locum baptismi coiugum, et ea quae ad scripta per publicos portitores tuto transmittenda pertinent.

III. Si forte accidat ut, adhibitis etiam cautelis, de quibus n. I, baptismi parochus, in recipienda denuntiatione matrimonii comperiat alterutrum contrahentium aliis nuptiis iam esse alligatum, rem quantocius significabit parocho attentati matrimonii.

IV. Ordinarii sedulo advigilent ut haec praescripta religiose serventur, et transgressores, si quos invenerint, curent ad officium revocare, adhibitis etiam, ubi sit opus, canonicis poenis.

Universidad Pontificia de Salamanca

Ex Aedibus eiusdem S. C. die 6 Martii 1911.

D. Card. Ferrata, *Praefectus*.—Ph. Giustini, *Secretarius*.

## S. Congregación de Sacramentos

**Instruccion á los Ordinarios acerca del estado libre de los contrayentes y denunciacion del matrimonio contraido.**

No es la primera vez que hasta esta Sagrada Congregación de Sacramentos, ha llegado la noticia de que en algunas regiones los párrocos asisten á matrimonios especialmente cuando se trata de extraños á la parroquia sin que haya sido cuidadosa y diligentemente comprobado el estado libre de los contrayentes y no ha faltado con este motivo quien pretendiera celebrar otras nupcias nuevas.

Y no son pocos los Ordinarios también que se han quejado de la falta de fe y carencia de requisitos de que adolecen los testimonios que dan cuenta de los matrimonios celebrados, y que en virtud del decreto *Ne temere* dado por la S. Congregación del Concilio el día 2 de Agosto de 1907, son enviados al párroco de bautismo de los cónyuges.

Para evitar estos inconvenientes los Emmos. Padres de esta S. Congregación de Sacramentos en reunión general tenida en el Vaticano el día 7 de Febrero de 1911 creyeron oportuno declarar las siguientes prescripciones:

1.° Recuérdese á los Párrocos la prohibición de asistir á matrimonios "*sin que estén ciertos del libre*

Universidad Pontificia de Salamanca

*estado de los contrayentes, servatis de jure servandis*„ (Cfr. Decr. Ne temere, n.° V, § 2), y amonésteseles que no dejen de exigir á los contrayentes la fe de bautismo, si lo hubiera recibido en otra parroquia.

2.° Para que sea fielmente guardado lo que se preceptúa en el núm. XI, § 2 del mencionado decreto, el testimonio que da cuenta del matrimonio celebrado al párroco de bautismo de los contrayentes, debe llevar anotado *el nombre y apellido de los cónyuges, su edad, el lugar y día de su celebración y el nombre y apellido de los testigos,* todo ello garantizado con la firma del párroco y sello de la parroquia. Y cuiden al dirigir dicho testimonio de expresar claramente en la dirección la parroquia, diócesis, lugar y demás requisitos exigidos por los encargados de transmitirla para que sea seguro el envío.

3.° Y si á pesar de todas las cautelas de las que en el número 1.° se hace mención el párroco del bautismo al recibir el testimonio del matrimonio celebrado, viese que alguno de los expresados contrayentes estaba ya ligado por nupcias anteriores y vigentes, deberá dar cuenta *quanto citius* al párroco del matrimonio intentado.

4.° Los Ordinarios vigilen exquisitamente para que estas prescripciones se guarden, y si hubiera transgresores de las mismas, cuiden del cumplimiento de este deber, aplicándoles, si necesario fuera, las penas canónicas.

S. C. día 6 de Marzo 1911.

D. Card. Ferrata, *Prefecto.*—Ph. Giustini, *Secretario.*

L. ✠ S.

Universidad Pontificia de Salamanca

# VENETIARUM

## Probationis matrimonii

Emus Patriarcha Venetiarum S. C. de disciplina Sacramentorum sequens proposuit

### DUBIUM

*An et quibus in casibus quibusque sub conditionibus admitti valeat tamquam sufficiens probatio initi matrimonii simplex affirmatio eorum qui ex America aliisve dissitis regionibus adveniunt, quotiescumque documentum vel alia legitima probatio cele brationis matrimonii aut omnino haberi nequeat, aut nonnisi admodum difficulter et post longum tempus cum interea rerum adiuncta moram inquisitionis non patiantur.*

Cui dubio Emi. ac Revmi. Patres in plenariis Comitiis habitis die 17 Februarii 1911, re mature perpensa, respondendum censuerunt.

*Imprimis curandum diligentissime est, ut factum contracti matrimonii legitimis probationibus ostendatur: quae probationes licet studiose quaesitae, si haberi nequeant, deferatur partibus iuramentum, quo propriam assertionem confirment: hoc praestito, partes habeantur tamquam legitimo matrimonio coniunctae, earumque proles ut legitima Excipiendi tamen sunt casus, in quibus ius plenam probationem requirit ex. gr. si agatur de praeiudicio alterius matrimonii vel de ordinibus suscipiendis.*

*Matrimonium autem per iuramentum ut supra*

Universidad Pontificia de Salamanca

*confirmatum inscribatur non quidem in communi matrimoniorum libro, sed in distincto libello ad hoc destinato.*

Ex Aedibus eiusdem S. C. die 6 Martii 1911.

D. Card. Ferrata, *Praefectus.*

L. † S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

## S. Congregación de Ritos

**Decretum seu declaratio super editione vaticana eiusque reproductione quoad libros liturgicos gregorianos.**

Per decretum die 11 Augusti 1905 Sacra Rituum Congregatio statuit ac declaravit Editionis Vaticanae libros liturgicos gregorianos respicientis reproductiones adamussim esse conformandas eidem typicae editioni, nihil prorsus addito, dempto vel mutato. Quod si ex quadam S. Sedis tolerantia et permittente Ordinario, aliquoties praefatis reproductionibus addita fuere quaedam signa, ritmica nuncupata, atque ita ipsae reproductiones in vulgus editae ac venditae, tamen in seligendis atque adhibendis eiusmodi signis pluries congestum est per ea aliquantum variari ac inmutari notulas traditionales vaticanas: et ad hos abusus removendos idem Sacrum Consilium evulgandum censuit alterum decretum sub die 14 Februarii 1906. Quum tamen non omnes abusus cessaverint et alli recentiores adiecti sint, sive ob titulum adhibitum *Editionis ritmicae,* sive ob interpretationem haud

Universidad Pontificia de Salamanca

rectam decretorum, necessaria fuit nova declaratio authentica expressa per epistolam Secretarii S. R. C. datam die 2 Maii 1906. Quae epistola typographis facultatem et licentiam rite habentibus reproducendi editionem typicam Vaticanam clare significabat hanc solam editionem ab Apostolica Sede esse approbatam atque praescriptam pro usu cantus gregoriani, una cum subsequentibus editionibus eidem plane conformibus, ceterasque editiones ritmicas nuncupatas ob signa adiuncta, habendas tantum toleratas; atque hoc sensu esse intelligendum decretum latum die 14 Februarii 1906

Quae quum ita sint, ut removeantur abusus existentes et praecludatur via tum enuntiatis tum aliis quae facile irrepere possent, Sacra eadem Congregatio sequentia decernere atque enucleatius declarare voluit.

I. Editionem Vaticanam de libris liturgicis gregorianis, prouti evulgata fuit Auctoritate Apostolica, cum suis notulis traditionalibus et cum regulis Graduali Romano praefixis, satis superque continere quae ad rectam cantus liturgici executionem conferunt.

II. Reproductiones eiusdem editionis typicae, quae praeseferunt signa superinducta, ritmica dicta, per abusum vocari editiones ritmicas, atque uti tales haud fuisse aprobatas, sed tantum precario toleratas: hanc vero tolerantiam, attentis rerum adiunctis, amplius non admitti, nisi pro solis editionibus iam factis, Gradualis et Officii Defunctorum, ideoque nullatenus extendi sive ad editiones cum notulis gregorianis sive ad transumpta cum eisdem notulis Antiphonarii et aliorum quorumcumque librorum cantum liturgicum continentium, quae ad normam Motus Proprii diei 25 Aprilis 1904 et Decretorum huius S. R. C., tum pro universali Ecclesia, tum pro singulis Dioecesibus vel

Universidad Pontificia de Salamanca

congregationibus, adhuc instauranda sunt et evulganda.

III. Rmis. Ordinariis locorum ac Superioribus Ordinum seu Congregationum interim licere editiones precario a S. Sede toleratas permittere intra limites propriae iurisdictionis, quin tamen ipsi eas in locis sibi subiectis praecipere, atque usum editionis approbatae inhibere valeant.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 25 Ianuarii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S

Petrus La Fontaine, Episc. Charistien., *Secretarius*.

## SECRETARIA DE CAMARA

### CIRCULAR

Al acercarse la solemnidad de la Pascua de Pentecostés, se recuerda al venerable clero diocesano el cumplimiento de lo ordenado por el augusto Pontífice León XIII en la Encíclica *Divinum illud* de 9 de Mayo de 1897, en orden á la invocación del Espíritu Santo en los nueve días precedentes á su festividad. Pueden también hacerse estas preces en los ocho días siguientes á esta fiesta.

Salamanca, 30 de Abril de 1911.

DR. JUAN APARICIO SÁNCHEZ,
*Secretario.*

Universidad Pontificia de Salamanca

## “ANALES DE PIE P„

Por la Secretaría de Cámara de Zaragoza se nos comunica, con ruego de que se le dé publicidad, que la revista mencionada en el título ha quedado definitivamente sin *censura eclesiástica*, por haber presentado la renuncia del cargo el que la desempeñaba y haberle sido admitida.

LA DIRECCION.

# MINISTERIO DE ESTADO

## 3.ª—OBRA PÍA—CIRCULAR

Ilmo. Señor:

Conforme con lo dispuesto en el Real decreto de 27 de Diciembre de 1888, con esta fecha se remite al R. P. Procurador general de Tierra Santa la cantidad de veinticinco mil ciento trece pesetas cincuenta céntimos, importe de la recaudación obtenida por el Patronato desde 1.º de Enero á 31 de Diciembre de 1910, y siendo la voluntad de S. M. el Rey (q. D. g.) que se dé la mayor publicidad posible á este acto, para que los donantes tengan la seguridad de que sus limosnas son invertidas con arreglo á sus piadosos deseos, adjuntos remito á V. I. dos estados detallados en que se expresa el pormenor de aquella recaudación y copia del recibo del Procurador general de Tierra Santa, correspondiente á la cantidad que se le remitió por recaudación en el mismo concepto del año anterior de 1909, rogándole se sirva disponer su inserción en el Boletín Eclesiástico de esa diócesis.

De Real orden, comunicada por el Sr. Ministro de

Universidad Pontificia de Salamanca

Estado, lo digo á V. I. para su conocimiento y efectos indicados.

Dios guarde á V. I. muchos años.

Madrid, 15 de Febrero de 1911.—El Subsecretario, *R. Piña.*

*Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de Salamanca.*

---

## Patronato de la Obra Pía de los Santos Lugares de Jerusalén

*RELACIÓN de las cantidades recibidas por los señores Comisarios de diócesis, en concepto de limosnas, mandas testamentarias, etc., y remitidas por los mismos á este Centro durante el año 1910, que en virtud del Real decreto de 27 de Diciembre de 1888 se envían á Tierra Santa.*

| Diócesis. | Pesetas. | Diócesis. | Pesetas. |
|---|---|---|---|
| Almería | 219‘50 | Orihuela | 525‘00 |
| Avila | 31‘00 | Osma | 259‘00 |
| Badajoz | 44‘00 | Oviedo | 255‘25 |
| Barbastro | 192‘26 | Palencia | 23‘00 |
| Barcelona | 429‘20 | Pamplona | 4.114‘45 |
| Burgos | 113‘60 | Plasencia | 74‘00 |
| Calahorra | 319‘00 | Salamanca | 583‘80 |
| Canarias | 215‘00 | Santander | 1.194‘60 |
| Cartagena | 574‘00 | Santiago | 120‘00 |
| Ceuta | 59‘00 | Segorbe | 320‘00 |
| Ciudad Real | 88‘00 | Segovia | 260‘30 |
| Ciudad-Rodrigo | 14‘00 | Sevilla | 500‘00 |
| Córdoba | 8‘00 | Siguenza | 12‘00 |
| Cuenca | 110‘25 | Tenerife | 126‘00 |
| Granada | 380‘00 | Teruel | 2‘00 |
| Guadix | 1.000‘00 | Toledo | 605‘35 |
| Huesca | 194‘00 | Tortosa | 13‘55 |
| León | 1.636‘00 | Tuy | 514‘36 |
| Lugo | 5‘00 | Urgel | 590‘00 |
| Madrid | 91‘00 | Valencia | 3.317‘00 |
| Idem | 1.274‘00 | Valladolid | 230‘95 |
| Idem | 311‘32 | Vich | 940‘00 |
| Málaga | 1.110‘90 | Vitoria | 999‘27 |
| Mallorca | 805‘54 | Zamora | 5‘00 |
| Menorca | 100‘00 | Zaragoza | 50‘00 |
| Mondoñedo | 18‘00 | | |
| Orense | 131‘00 | *Total que se remite.* | 25.113‘50 |

Universidad Pontificia de Salamanca

*Nota.*—No rindieron cuenta las Comisarías de Cádiz. Ibiza, Jaén, Lérida, Tarazona y Tarragona. La de Jaca se anticipó, habiendo figurado por dos años en la Relación general del año anterior. Han manifestado no haber obtenido recaudación alguna las de Albarracín, Astorga, Coria, Gerona y Tudela.

Importa esta cuenta las figuradas veinticinco mil ciento trece pesetas con cincuenta céntimos,

Madrid, 1.º de Enero de 1911.—V.º B.º: El Jefe de la Sección, *Servando Crespo.*—El Interventor, *Luis Valcárcel.*

---

## 3.ª—OBRA PÍA.—COPIA

"Procuración general de Tierra Santa.—Jerusalén.—Fr. Aquilino Llaneza, Procurador general de Tierra Santa.

Certifico: Haber recibido del cónsul de España en Jerusalén una letra de francos veintisiete mil seiscientos diez con cincuenta y nueve céntimos, proveniente de la Obra Pía de Madrid, y que constituye el importe total de las limosnas recaudadas en las Comisarías de las diócesis del Reino, en el año próximo pasado de 1909.

Y para que conste lo firmo y sello con el de mi oficio en Jerusalén á 7 de Marzo de 1910.—(Firmado), *Fr. Aquilino Llaneza,* Procurador general de Tierra Santa (con rúbrica).—*Excmo. Sr. D. Ramón Gutiérrez y Ossa,* Jefe de la Obra Pía. Madrid„.—Está conme: *Servando Crespo.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

Nuestro Ilmo. Prelado ha recibido del Ministerio de Gracia y Justicia la siguiente

## REAL ORDEN

Ilmo. Señor:

Con esta fecha digo, de Real orden, al Rdo. Obispo de Avila lo que sigue:

"Excmo. Señor: Vista la comunicación de V. E. de 30 de Diciembre del año último, poniendo en conocimiento de este Ministerio la dificultad que ofrece en la implantación del arreglo parroquial de esa diócesis la circunstancia de haberse suprimido en el mismo la parroquia de los Santos Julián y Basilisa, de la villa de Olmedo, clasificada como rural de segunda clase, con la dotación anual de setecientas cincuenta pesetas; y el no poder ser propuesto su Párroco propio para otro Curato de igual categoría, porque, suprimidos también éstos, sólo quedan como rurales cuatro, clasificados como de primera clase, con el haber anual de mil pesetas:

Considerando que el Párroco, una vez obtenida la colación y canónica institución del Beneficio, no puede ser privado de él sino por causa justa y legítima, expresada en el Derecho, por lo cual, el de la iglesia de los Santos Julián y Basilisa, como cualquiera otro que pueda encontrarse en el mismo caso, tiene derecho á ser nombrado para otro Beneficio:

Considerando que en el caso presente no puede tenerse en cuenta para su resolución la cláusula conte-

Universidad Pontificia de Salamanca

nida en el edicto de convocatoria para el concurso, en virtud de la cual los curas que fueren agraciados quedarán sujetos á pasar por los resultados del nuevo arreglo parroquial, porque esto debe entenderse, según las disposiciones transitorias 4.ª y 5.ª del artículo 28 del Real decreto de 15 de Febrero de 1867, en el sentido de que los Párrocos no sufrirán la reducción, ni gozarán del aumento á que sus curatos puedan quedar sujetos en el arreglo, pero no en el de que puedan quedar privados del Beneficio:

Considerando que, no previsto el caso objeto de la consulta en el Real decreto antes citado de 1867, ni habiendo precedente de otro igual que pudiera tenerse en cuenta, cabe aplicar la base 7.ª del artículo 28 del mismo Real decreto, pasando el Párroco á un curato de la categoría inmediatamente superior al del suprimido que desempeñaba;

S. M. el Rey (q. D. g.), de acuerdo con el muy reverendo Nuncio Apostólico, ha tenido á bien declarar que, sin necesidad de nuevo concurso, puede V. E. presentar y proponer el Párroco de la iglesia de los Santos Julián y Basilisa de la villa de Olmedo para curato de categoría inmediatamente superior, pero en el cual continuará percibiendo la misma asignación que en el suprimido percibía; y disponer al propio tiempo que esta resolución se aplique, como de carácter general, á los demás casos iguales que puedan existir en la actualidad ú ocurrir en lo sucesivo„.

Lo que de Real orden traslado á V. I. para su conocimiento y demás efectos.

Dios guarde á V. I. muchos años.—Madrid, 3 Marzo de 1911.—*Trinitario Ruiz y Valarino.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# COLLATIO MORALIS MENSE MAIO HABENDA

## QUAESTIO DOCTRINALIS

Utrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius Sacramenti (Eucharistiae) occurrentibus, statuta Ecclesiae observando?

S. Thom. 3.ª p., q. LXXXIII, a. VI.

## CASUS CONSCIENTIAE

Quum Sisebutus, parochus, exercitiis vacasset spiritualibus, quibusdam anteactis quam maxime actus, tibi confessario aperit se *a)* collecta, ope Liborii, operosissimi viri, Missis stipendia duarum vel trium libell, sacerdotibus sibi amicitia caris, quibus Missarum eleemosynae plerumque desiderabantur, ita donasse ut, quidquid taxam synodalem eorum dioecesis superabat, distractum, et sibi titulo tum laboris, quum industriae et Liborio grati animi ergo, ex dimidia parte distribuerit; *b)* quum ex Gallia quondam 20 *francos* accepisset totidem Missis, presbytero, cui illas conmmississet celebrandas, 20 tradidisse *pesetas; c)* a femina nobile, cui in re familiare tulisset opem, uni Missae 100 recepisse libell, quam celebrandam alteri sacerdoti credidisse, data tamen eleemosyna ad taxam synodalem; *d)* munia sibi propria coadiutori passim demandasse, nec tamen eidem interdum ullam, interdum congruam remunerationem dedisse; *e)* ex emolumentis, quae contingunt ob munia parocho non reservata, tertiam partem, dempta prius quinta sacristae, coadiutori distribuisse.

Iudica in singulis parochum Sisebutum.

Universidad Pontificia de Salamanca

## HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES DEL CLERO

Ha ingresado en esta Hermandad el Beneficiado de la Santa Basílica Catedral don Marcial Cipriano Aniceto Alvarez.

## NECROLOGIA

Han fallecido: en esta ciudad, don Domingo Paniagua Martín, Párroco jubilado de San Pedro del Valle; don Eduardo José Alvarez y don Marcos Hernández Montes, en los pueblos de sus parroquias de Tordillos y de Zarza de Pumareda, respectivamente.

Los tres pertenecían á la Hermandad de Sufragios Espirituales del Clero, por lo que los señores socios se servirán aplicarles una misa y los tres responsos de Reglamento por cada uno de los finados.—R. I. P. A.

## BIBLIOGRAFIA

*Exposición Documentada y completa del decreto «Ne temere».* En este libro ha condensado su autor M. R. P. Cipriano Arribas, expárroco de la villa de Torquemada (Palencia) y hoy profesor de Moral en el Real Monasterio de El Escorial, la Doctrina vigente acerca de la celebración válida y lícita de los esponsales y el matrimonio en lo que se refiere al impedimento de clandestinidad, según el decreto «Ne temere» y declaraciones hechas sobre su inteligencia y aplicación por la Santa Sede y Congregaciones Romanas. Los párrocos y alumnos de Moral encontrarán en esta obra ayuda grande para aplicar sin dudas ni vacilaciones referido decreto. Consta de un volumen en octavo prolongado, esmeradamente impreso, de 176 páginas.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de Manuel P. Criado.

Universidad Pontificia de Salamanca